

VERA

CIVITATVM ORNAMENTA,

CVM

AVGVSTALEM

BVRGGRABIATVS REGII

DIGNITATEM

VIRO

ILLVSTRI,

PER-MAGNIFICO, GENEROSO,

MAXIMEQVE STRENVO

DOMINO

IOANNIAC.

BRACKEN-

HAVSEN

PRAE-CONSVLI REIPVBL. ELBING. GRAVISSIMO

ET PRAESIDI HACTENVS MERITISSIMO,

PVBLCO APPLAVSV

*D. II. APRIL. A. MDCCLIII.*

PRIMVM COLLATAM

GRATVLARETVR


PIETAS

GYMNASII DRVSICI,

DEVOTO ADVMBRAVIT CALAMO

IOANNES LANGIVS,

ATH. RECT. P. P. ET BIBLIOTH.



ELBINGAE, LITTERIS PREVSSIANIS.



Quaeris bellipotens rebus in arduis  
Quondam Romulidarum populus fui  
Qua virtute perennem  
Ornarit faciem status?  
Quaeris quis mediis, quo pretio augustae  
Vrbis conditio salva beataque  
Tandem posteritati  
Detur fideribus bonis?  
Multis, est aliquid, divitiis ut et  
Auri luce, virorumque minacibus  
Contra tela valere  
Telis, matribus invida:  
Tectorum celebres & nitidae trabes,  
Aularumque leves splendor amabilis,  
Nostri gaudia faecli,  
Obstringunt oculos quidem:  
Murorum paries, aggere sepiens  
Fossarumque superbas barathro domos,  
Hostis tela fatigat,  
Adversusque malos gravi  
Castellum urbicolae dat vacuos metu:  
Et quae, diffugiens pauperiem, bona  
Ornatumque reducit  
Emtor, nave secans fretum!

Sunt haec magna quidem nomina, patriae  
Vrbis quae faciem saepe superfluo  
Commendant jubare auctam :  
Nonidum sufficiunt tamen,  
Si non iudiciis cincta, repagula  
Legum conspicuarum, velut optima  
Compages sociorum,  
Jungant membra sodaliti,  
Et praestantia pacis publicae bona  
Curent, queis titulos aucta per entheos  
Rem vultumque tueri  
Vrbs laetum melius potest.  
Nam multum faciunt ad celebres fori  
Vfus foedera legum, in thalami sacro  
Semper jure tuendo :  
In pacis placidae comis  
Nectendis, removendisque volubili  
A vultu nitidi sideris omnibus  
Istis, quae modo regna  
Possunt tristia reddere.  
His si relligio, perpetuae viam  
Tradens prosperitatis quoque coelicam  
Accedit, protoplastus  
Ad quam contulit omnia :  
Tum demum cumulata est pia civitas  
Magnis, deliciosisque bonis, huic  
Quae non sunt modo praesto ;  
Sed coelorum etiam locis  
Durant, fidere splendentibus igneo.  
Agnoscisne, Tibi maxima praemia,  
Drufis, relligionis  
Cura salvifica dari ?  
Agnoscisne, Tibi legibus optimis,  
Ad civis genium sollicite datis,  
Servatisque per omnem  
Vitam, splendida crescere

Ornamenta? Beatum populum! Lares,  
Queis hoc fonte perenni bona confluunt,  
Omni parte secundos!

Vobis fidera quae nitent!

Ridet vestra salus: cessat atrox furor:

Et rixas hominum ac civica tartaro

Mergi bella videmus,

Si constat sua legibus

Laus, nomenque suum conspicuis adhuc.

Qui hinc splendor Patriae! Sunt celebres ei

Leges, suntque PATRONI,

Legum quos juvat aequitas.

Et quid **BVRGGRABII** Purpura Regii?

Quid fascesque securesque perarduae,

Fato prospere

**ILLVSTRI** impositae **VIRO?**

Ni legis studium, maxima civium

Ornamenta! bonos quae tegit, impios

Punit. Sic Patriam ornat

**AVGVSTVS**, PATRIAE PATER,

Legali celebrans Vindice LVMINA

Drusorum. Hinc Patriae plaudite candidi

Et Vestro date vota

Musae **BVRGGRABIO** novo.

Salve **MAGNIFICO** jam **TITVLO**, PATER!

**REGIS** nomine salve, validum Decus

**BRACKENHAVSIADARVM!**

Et fer Munera Regia

Ex **REGIS** bene desiderio **TVA**.

Sic **TE MAGNIFICVM** fata recondita

Servent, **TE**que vigentem

Reddant **BVRGGRABIVM** diu!

